

104621

21

Rogai Jozsef

10-

✓

UNIVERSA THEOLOGIA,

ANTIQUESSIMA ET PRACQUISITISSIMA

UNIVERSITATE VINDOBONENSIS

IN AUSTRIA

INSTITUTIS IN AUSTRIA

1773

JOSEPHUS ROSSI

1773

1773

1773

1773



**T H E S E S**

EX

# **UNIVERSA THEOLOGIA,**

QUAS

**IN CAESAREO - REGIA**

**ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA**

**SCIENTIARUM**

**UNIVERSITATE VINDOBONENSI**

PRO GRADU ACADEMICO

**DOCTORIS IN SS. THEOLOGIA**

OBTINENDO

PUBLICICE DEFENDENDAS SUSCEPIT

**JOSEPHUS ROGAČ,**

DIOECESIS LABACENSIS PRESBYTER, AC CAES. REG. SUBLIMIORIS PRESBYTERORUM EDUCATIONIS INSTITUTI AD S. AUGUSTINUM MEMBRUM.

DIE XXVIII. JULII

**MDCCLX.**

1860

---

**VINDOBONAE.**

TYPIS CONGREGATIONIS MECHITHARISTICAE.

104621

104621



**AMPLISSIMIS HONORIBUS**

**CELISSIMI, ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI**

**DOMINI DOMINI**

**BARTHOLOMAEI WIDMER,**

**DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA**

**EPISCOPI LABACENSIS ET PRINCIPIS, SS. THEOLOGIAE DOCTORIS**

**ETC. ETC.**

PRAESULIS PISSIMI,

PATRIS OPTIMI,

**MAECENATIS MUNIFICENTISSIMI**

IN

**ANIMI GRATISSIMI**

NEC NON

**VENERATIONIS PROFUNDISSIMAE**

**SIGNUM**

FILIALI CUM DEVOTIONE

D. D. D.

## Ex Historia Ecclesiastica.

1.

Pro duplici Ecclesiae indole — divina et humana — duplex quoque in eadem operatio probe distinguatur oportet.

2.

Duas magnas haeresum sibi invicem connexarum series deprehendimus: alteram antiquum speculativum orientis, alteram practicum recentiorum occidentis genium magis redolentium.

3.

Schisma Donatistarum confusae mulieris iracundia peperit, ambitus nutrit, superbia in haeresim perduxit.

4.

Injurius ille et illegitimus Conc. Chalc. canon 28. gravissima Ecclesiae unitatis scindendae pericula involvit.

5.

Connexae sunt et fuere semper post natam Scholam — Scholae contemptio et haeresum pestes.

6.

Caedes nocte praecedente festum s. Bartholomaei (a. 1572) perpetrata catholicae religioni aut Ecclesiae imputari nequit.

## Ex Jure Canonico.

1.

Summa juris canonici principiorum stat in jure Decretalium.

2.

Nihil sane magis societatem ac judicia perturbat, quam incertae, mobiles ac continuo novae editae leges, maxime si posteriores prioribus frequenter derogant.

3

Utraque et sacra Pontificum auctoritas et regalis potestas in propriis rebus suprema est, alteri tamen in iis, quae pertinent ad ejus potestatem, subjecta ita, ut neutri liceat res alienas invadere.

4.

Episcopi suam causam agunt, cum supremi Pastoris auctoritatem propugnant et sustinent.

5.

Non per Patroni praesentationem, sed per Episcopi collativam institutionem beneficium ecclesiasticum vere obtinetur.

6.

Ad conjunctionem, quae vere matrimonium sit, ineundum inhabiles sunt omnes et ii tantum, quos lex divina et ecclesiastica inhabiles pronuntiat.



## Ex Archaeologia Biblica.

1.

Sanctificatio Sabbathi est Moyse anterior.

2.

Religio originaria generis humani erat monotheismus.

3.

Sacerdotium Melchisedechi incruento, legale vero cruento N. T. sacrificio praefigurando inserviit.

4.

Vis legum Mosaicarum de immunditiis ethica erat.

5.

Tam publicam, quam domesticam Hebraeorum conversationem lex Mo-  
saica optime ordinavit.

6.

Prophetæ in oeconomia salutis medium membrum legem inter et Chri-  
stum efficiunt.

## Ex Introductione in LL. ss. V. F.

1.

Libri ss. V.F. celeberrimis gentium monumentis litterariis re antecellunt,  
forma ea saltem aequant.

2.

Josua non est auctor libri ab eo nominati.

3.

Transitus Israelitarum per fluvium Jordanem verum miraculum est.

4.

Codex Pentateuchi Samaritanus cum Samaritanis originem sortitus est.

5.

Canticum canticorum non admittit nisi allegorico-mysticam interpretationem.

6.

Sacri utriusque Foederis Libri unum magnum et continuatum exhibent  
opus divinum — historiam revelationis.

## Ex Introductione in LL. ss. N. F.

1.

Varietas lectionum non obest substantiali textus sacri N. T. integritati.

2.

Libri ss. N. F. ad hunc finem, ut constituent unicum doctrinae christianae fontem, exarati non sunt.

3.

Libri canonici plerumque ex causis tantum dogmaticis impugnabantur.

4.

Vulgatae versionis in rebus fidei et morum eadem est, quae textus originalis auctoritas.

5.

Magis in stellae apparitione traditio interpretem egit.

6.

In historia resurrectionis nulla realis antilogia inter quatuor evangelistas locum habet.

**Ex Hermeneutica Biblica.**

1.

Idem, qui sacros inspiravit auctores, et interpretem Spiritus regat.

2.

Ecclesia scientificam ss. Scripturarum interpretationem semper fovebat.

3.

Authentica Magisterii Ecclesiae interpretatio scientificam non reddit superfluam.

4.

In parabolis exponendis singulae narrationis partes non sunt ad vivum resecandae.

5.

Sacra Scriptura tamdiu sensu litterali sumenda est, donec solidae rationes aliud exposcant.

6.

Non minima circa rem scripturisticam merita comparant sibi, qui ss. Libros in linguas vulgares recte vertunt.

## Ex Theologia Fundamentali.

1.

Ratio naturalis in praesenti rerum conditione nullatenus par est ac sufficiens hominibus ad religionem et bonam vitam instituendis.

2.

Revelatio, factum a liberrima voluntate divina profectum, nonnisi testimoniis iisque divinis certo probari potest.

3.

Ecclesia est immutabilis, neque deficit in ea vel obscuratur veritas.

4.

Fas est, ut prisca coelestis philosophiae dogmata processu temporis excuantur, limentur, poliantur; nefas est, ut commutentur, mutantur. (Vinc. Lirin. comm. 23.)

**Ex Theologia Dogmatica.**

1.

Quod Deus sit atque princeps quaedam causa, quae omnia procreaverit atque conservet, ipsa ratio cum certitudine docet.

2.

Peccatum originale vere habet rationem peccati, non tamen sine relatione ad voluntatem Adae peccantis.

3.

In Christo duae sunt voluntates ac operationes, unus tamen operator.

4.

Christum Dominum passione et morte sua pro mundi peccatis divinae justitiae vere satisfecisse confitemur.

5.

Missae sacrificium est realis repraesentatio sacrificii crucis.

6.

Gratiae efficacia libertatem hominis non tollit.

7.

Credimus futuram naturae non liberae clarificationem.

## Ex Theologia morali.

1.

Theologia moralis ethicae philosophicae quoad multos titulos praevalet.

2.

Quilibet affectus deliberate tendens in objectum moraliter malum, totus imbuitur foeditate objecti.

3.

Dominium proprietatis directum in praesenti rerum statu necessarium est ac inviolabile.

4.

Accipient christiani indulgentias, si simul etiam studeant dignos poenitentiae fructus facere.

5.

Indefessa pro mortuis cura non potest non vitam christianam admodum promovere.

6.

Malorum, quae ex industrialismo oriuntur, vera remedia sola Ecclesia catholica praebet.

22/28 : 282 (043)